THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.
Seite 142v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

cum suis viriliter resiste-
bat. Tandem videns immi-
nere excidium civitatis:
assumptis duodecim iu-
deis / subterraneam domum
intravit / ubi fame afflicti
iudei / non consenciente io-
sepho / mallebant ibidem
mori quam Vespasiani
se subicere servituti. Volebant
se mutuo interficere: et san-
guinem suum in sacrificium
deo offerre. Et quia yo-
sephus inter erat dignior.
volebant eum primitus occi-
dere. ut eius effusione
sanguinis deus citius
placaretur / et ideo / ne da-
rentur in manibus Roma-
norum. At yosephus vir pru-
dens / et mori nolens / iu-
dicem mortis et sacrifi-
cii se constituit. et quis
prior alio occidendus esset.
iussit binos et binos sorte
mittere. Missis itaque
sortibus. sors nunc unum
nunc alium morti tradidit.
donec ventum est ad ultimum.
cum quo yosephus sorte
missurus fuit. Tunc yo-
sephus homo strennuus
et agilis gladium illi abstu-
lit / et quid magis eligeret
vitam vel aut mortem. ut sine
dilatione eligeret precepit.
Et ille timens respondit.
Nunc non recuso / si gratia
tua vitam conservare valeo.
Tunc yosephus uni Ve-
spasiani et eius familiari
locutus est. et ut ei vita do-
naretur peciit. quod mox im-
petravit. Cui dixit Vespa-
sianus. Mortem meruisses.
si huius peticionibus liberatus
non esses. Et yosephus.
Siquid perperam actum est:
in melius commutari potest.
Et Vespasianus. Qui
victus est quid facere
potest? Et yosephus. ali-
quid facere possum. Si dictis
meis aures tuas demul-
seris. Et Vespasianus dixit.
Loquere. Et yosephus.
Imperator Romanus moritur.
et senatus imperatorem te
fecit. Et Vespasianus.
Si propheta es / quare non es
vaticinatus huic civita-
ti. quod mee subiciende essent
dicioni. Et yosephus.
Per xl. dies eis predixi.
Interea legati Romanorum
Vespasianum in imperium